



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

**Qvis Est Fructus Sumptionis?**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

## QVID EST COENA DOMINI?

**E**s t<sup>e</sup> communicatio corporis & sanguinis Domini nobilis Christi, sicut in uerbis Euangelij instituta est, in qua summa filius Dei uere & substancialiter adest, & testatur se applicare credentibus sua beneficia, & se assumisse humanam naturam propter nos, ut nos quoque sibi insertos fide membra sua faciat, & nos ad uerbum sanguine suo. Simul etiam testatur, se uelle in credentibus deinceps esse, & se, cum sit  $\lambda\gamma\zeta$  aeterni patris, docere, uiuificare & regnare credentes, sicut inquit Ioannis 17. Manete in me, & ego in vobis. Qui maneat in me, & ego in eo, id est, qui fide retinet Euangelium, a eo uere adest filius Dei.

## QVIS EST FRVCTVS SYMTIONIS?

**V**ISITATE respondetur, quod summo fiat ad conformatio<sup>n</sup> fidem, uidelicet, ut applicentur credenti beneficia Christi, sicut p<sup>r</sup>a dictum est. Sacra<sup>m</sup>enta esse testimonia applicationis, quod aetesse est intelligi, non ut Papistae loquuntur, ex opere operat, illa, sine bono motu uentis in adultis, sed cum fide accipiunt. Se cum & non aliter colligit aeternam Ecclesiam filius Dei, uoce Euangeli, & uia Sacra<sup>m</sup>entorum, sicut dicitur: Fides ex auditu est, auditus per uerbum Dei. Trahit igitur uoce Euangeli, & uult nos assentiri. Eadem modo de Sacra<sup>m</sup>entis dicitur, sicut Augustinus confert ac<sup>co</sup> & Sacra<sup>m</sup>enta, cum dicit: Sacra<sup>m</sup>entum est uerbum uisibile.

**E**s t<sup>e</sup> igitur hic primus fructus, hoc testimonio confirmare fidem, & statuere, quod hoc tanquam pigiore seu sigillo filius Dei se applicare sua beneficia testetur, sicut & Paulus circuncisionem applicat sigillum iusticie, id est, testimonium confirmans nos. Postea explicatio magis declaretur. Ita sit applicatio beneficiorum, tendens inseratur Christo, & fiat eius membrum, & testimonium habat, quod filius Dei assumitur humanam naturam propter nos, ut nos sibi insertos tanquam surculos seruat, cum eorum genos humum funditus peritum fuisset, nisi ipse massam nostram assumeret, & nos sibi inferret. Sic igitur prodest summo, & sic dulcissimum, cum hos suos cogitamus. 1. Primum, cum fides in conuersione intueretur filium Dei, testificantem, se tibi applicare sendionem: deinde testificantem, se ideo assumisse humanam naturam, ut sustenter nos, colligat aeternam Ecclesiam, uincat eam, & lumen per se in credentibus filius Dei  $\lambda\gamma\zeta$  cum uoce Euangeli, gubernet eos. 1 t. Secundo accedat gratiarummodo priuilegium missione, pro assumptione humanae naturae, pro ipsius perfici-

pro redēctione, pro donatione Euangelij, pro uiuificatione, quæ fit per ipsum & Sp̄rīnum sanctū, pro restitutōne uite æternæ, pro collectione Ecclesiæ, denique pro omnibus beneficjjs. Vtrunque complectitur Dominus, uidelicet, confirmationem fidei, & gratiarum actionem, cum inquit: Hoc facite in mei recordationem. Quia recordatio non simulata est in uera conuersione petere & credere remissionem propter mediatorem, & hac fide erigi & uiuificari per eum, & deinde uere gratas agere. Ideo ueritas uia est nomine regnans. I I I. Tertio simul cogitandum est, uerissime Deum uelle hanc sumptionem in publico congressu fieri, ut sit natus honestæ congregatiōis, quia Deus semper uoluit Ecclesiā esse uiuibilem ceterū habere honestos congressus publicos, in quibus sonor vox Euangelij de filio Dei, sicut scriptum est: In omnem terram exiit sonus eorum. Non uult Deus, suam doctrinam similem esse artus mysterijs Eleusinij. Sed uult in toto genere humano exaudiri & agnoscere filium. Ideo & ipse miranda potentia seruat & seruebit honestos Ecclesiā congressus, & uult singulos adiuuare horum publicorum congressuum conseruationem, ut ministerium docendi conserueretur. Is i uult Deus communem precationem & gratiarum actionem fieri, ibi uult ostendi confessionem, quod genus doctrinæ singuli amplectantur. Ibi uult etiam membra Ecclesiæ inter se simul facere officia mutua de dilectionis, & ostendere, se esse unum in Christo, & consentientia unius Christi membrorum. Sicut Paulus inquit: Vnus est panis, unum corpus multi sumus. Ac semper ueritas foedera confirmitate societate sacerorum: Ideo ~~ordines~~ significant foedera, cum ~~ordines~~ proprie sit libatio, à ~~ordines~~, quod est à ~~ordines~~. Hæc tres grauiſſimæ tuis semper in Synaxi cogitandæ sunt, quæ quidem piæ mentes & conseruationem publici Ministerij, & ad sumptionem inuitant.

QVID DIFFERUNT SACRA-  
mentum & Sacrificium?

SEMPER hoc in conspectu sit in Ecclesiā, Sacraenta non tantum esse signa professionis externæ, ut togā dicernebat Romanum balijs hominibus: sed esse signa uoluntatis Dei erga nos, & quidem in novo Testamento esse testimonia gratiæ addita promissioni, id est, testari quod Deus propter filium credentes recipiat, & applicet ei promissionem. ET si autem multi tantum indicant politico more, hos ritus esse signa professionis, instituta ut dicunt homines: tamen sciamus, hunc non esse principalem finem Sacramentorum, quanquam hic finis etiam postea accedit, ut, Circumcisio primum significabat promissionem de uenturo semiye, & de gratia. Postea etiam erat signum discernens Israëlitas à gentibus.

D E-